Grochowski **Debitum**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransensibus personaliter comparens Nobilis Gregorius olim Jacobi Borowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Josepho filio Nobilis Joannis Holonka Grochowski et ipsius posteris certi veri et liquidi debiti mutuatique pecuniae Duodecim florenos polon. hinc et ab actu praesenti pro Dominica septuagesima in Anno Millmo Sexcentesimo Quinquagesimo secundo proxime futuro et ab expectatione eiusdem summa in qualibet septimana labores per unam diem expedire ac solvere se de omnibus bonis cum posteris suis submittit ac inscribit. Sub vadio simili aliorum Duodecim florenorum polon. Et coram officio praesenti peremptoria missione sine ulla Dilatione motione appellatione diffugio quovis ac Exceptione.

Dzierzek **Quietatur**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransensibus personaliter comparens Nobilis Josephus filius Nobilis Joannis Holonka Grochowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Thomas olim Jacobi Dzierzek Quadraginta florenos polon. debiti sibi per eum inscripti realiter et ex integro persolvit ideo ipsum quietat Inscriptionem cum toto eius effectu cassat et annihilat perpetuis temporibus.

Rosszkowski **Quietatur**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransensibus personaliter comparens Nobilis Petrus olim Mathiae Lesznieński nomine suo et Nobilis Valentini fratris sui iunioris a quo de rato et grato cavet sanus mente et corpore existens palam et libere recognovit. Quia ipse a Nobili Bartholomaeo Rosszkowski avunculo suo Quadraginta sexagenas polon. debiti per ipsum olim parenti suo coram Actis Terrestribus Surasensibus inscripti pro exdotanda sorore sua Nobili Helizabeth in matrimonium Nobili Sebestiano Idzkowski desponsata recepit et manualiter levavit et eidem futuro genero suo in rem dotis tradidit. Respectu cuius receptionis dotis idem Sebestianus Idzkowski praefatae Nobili Helizabeth Lesznieńska reformationem in medietate omnium et singulorum bonorum suorum fecit et inscripsit ideo ipsum quietat Inscriptionem cum toto eius effectu cassat et annihilat perpetuis temporibus.